ſeqq. latè etiam proſequitur Scaccia *de appell. quæſt.* 17. 57 *limit.* 47. *memb.* 2. *à num.* 12. ubi etiam quod appellatio in uno articulo, non ſuſpendit juriſdictionem in tota cauſa, ſed duntaxat in illo articulo, nec afficit tertium, ut vulgare eſt per Doctores, & ſic etiam in caſu quo loquuntur Doctores citati, non impeditur devolutio, & caſu quo eſſet vera eorum reſolutio, nihil adhuc detraheret noſtræ principali doctrinæ, & opinioni, tot jurium diſpoſitione comprobata, & Oldrad. *ubi ſuprà* 58 nihil facit ad propoſitum Paul. Caſtr. autem elegantiſſimè loquitur, & in terminis de quibus nos in modò adſcripta limitatione; dicens, quòd collatio facta ab Epiſcopo jure devolutionis, eo quod præſentaverat Ab. quendam indignum, & non legitimæ ætatis, tanquam facta appellatione pendente per Abbatem, & præſentatum interpoſita; dicitur attentata, cùm facta fuerit anteaquam de incapacitate, tanquam cauſa devolutionis, appareret, cum contrarium allegaretur ex adverſo, & ideo non ſolùm Paul de Caſtro, ſed cæteri alii Doctores in hoc ſenſu accepti, favent noſtræ doctrinæ, & limitationi, & ad hos terminos noſtræ limitationis reducendi ſunt, ne redargui poſſint loqui contra jura expreſſa.

59 Et hinc eſt, quod ſe fundans in devolutione, eam tenetur probare ſufficienter. Rebuf. *in prax. tit. de devolutio. n.* 12. & ita fuiſſe determinatum per Rotam, cujus deciſionem refert literaliter, teſtatur Nicol. Garcia *d. cap.* 2. *num.* 37. tenet Puteus *deciſ.* 148. *lib.* 1. Moheda. *deciſ.* 160. quæ eſt 4. *de probation.* cum tempus à jure præfixum ad providendum collatori, ſeu Epiſcopo, non numeratur, nec incipit currere à tempore vacationis beneficii, ſed à tempore ſcientiæ, & notitiæ, vel 61 à tempore quo ſcire potuit, vel debuit (ut eſt Epiſcopus, qui tenetur viſitare ſingulis annis,) tenent Rot. *deciſ.* 7 *de præbend. in antiquioribus*, quæ in antiquis eſt *de jur. patron. aliàs* 556. *& dec.* 6. *de jur. patron. in novis aliàs* 263. Lapus *allegatione* 80. *aliàs* 51. *num.* 17. & ibi Mandoſ. *litera* Z. Abb. *in c. licet de ſupplend. negl. præla. num.* 3. Felin. *in cap.* 2. *n.* 2. *de except.* Decius *conſ.* 135. *in fi.* Bertach. *de Epiſcopo* 1. *p.* 1. *lib.* Rochus de Curte *verbo honorificum q.* 27. *n.* 57. Lambert. 2. *p.* 2. *lib. q.* 1. *art.* 8. *&* 3. *p* 2. *lib. quæſt.* 2. *art.* Greg. Lopez *in l.* 8. *tit.* 16. *p.* 1. Nicolaus Guino, *in Enchiridio beneficiorum tit.* 3. *cap.* 3. *ſub num* 34. Rebuff. *in prax. tit. de devolution. n.* 10. Hieronym. Gabr. *conſ.* 185. *lib.* 1. Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardin.* §. *volumus n.* 62. Maſcard *de probation. concl.* 878 *n.* 10. Zerol. *in prax.* 2 *p. verbo devolutio.* §. 2. Flores de Mena *in pract. quæſt. quæſt.* 3. *n.* 8. *cum ſeqq.* Cuchus *de benef. & penſion. cap.* 5. *num.* 5. Beſinet *deciſ.* 7. *de præbend.* Maſcard. *concl.* 626. *nu.* 9. Zerol. *ibi* § 8. *dub.* 2. 62 quemadmodum etiam, & patronis datum tempus ad præſentandum ſive à jure, ſive à fundatore, non currit à die vacationis, ſed à die notitiæ ipſius vacationis, ut infinitis adductis probat latè Nicol. Garc. *de benef.* 10. *p.* 63 *c.* 2. *n.* 34. qui & *n.* 40. per aliquas deciſiones probat ſcientiam aliquorum patronorum, ſeu electorum non nocere aliis quoad devolutionem, & jus illorum noti-64 tiam habentium, conſervatur per aliquos ignorantes, & ſic ut intret devolutio, omnium ſcientia debet probari; cùm de eorum præjudicio tractetur ut dicit alia deciſio adducta per eundem *ubi ſuprà cap.* 3. *ſub n.* 13. quæ eſt elegans ad propoſitum.

65 Et debet intelligi de notitia, & ſcientia vera, vel præſumpta ipſius vacationis, quæ determinari debet per judicem conſiderata qualitate beneficii, modo vacationis, longitudine temporis, diſtantia locorum, & fama, probant Hoſtienſ. & Joan. Andr. *in c. ex parte de conceſſ. præbend.* & ibi Abb. *n.* 13. *& in d. c. quia diverſitatem n.* 17. Rot. *deciſ.* 6. *de jur. patron. in novis.* Roman. *conſil.* 481. Coſmas *in pragm. ſanction. tit. de collat.* §. *item circa verbo præſentandum, ad finem.* Selva *ubi ſuprà*, & Lambert. *d.* 3. *p.* 2. *lib. q.* 2. *art.* 18. *à n.* 2. Maſcard, *d. concl.* 626. *à n.* 9. & Zerol. *d.* §. 8. 1. *&* 2. *dubio* Nicol. Garc. *ubi ſuprà, n.* 31. *&* 34. *poſt princ. & n.* 38. quæ faciunt ad ea 66 quæ ſuprà tetigimus cauſa cognita, & cum partis (de cujus præjudicio tractatur) citatione devolutionis proviſionem faciendam eſſe.

Et attende, licèt quòd tempus præfixum patronis 67 ad præſentandum non currit, ſi intra illud lis orta inter ipſos & ordinarium Epiſcopum, illos juris patronatus Eccleſiam eſſe, hunc liberæ collationis, nec ad eundem fit devolutio, ſed poteſt interim œconomum ponere, quouſque lis terminetur. Zerol. poſt alios *in praxi Epiſc.* 1. *p. verb. jus patron. ad quintum ad medium*, ſequitur Perez de Lara *in tractatu de app. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 37 *&* 38. & eſt *l.* 11. *tit.* 15. *p.* 1. & ibi Greg Lopez, & poſt 68 plures alios optimè Spino *gl.* 4. *n.* 24. ubi limitat, & be-69 nè niſi aliquis, ſive Epiſcopus, ſive patronus ſit in quaſi poſſeſſione, de qua non contenditur, quia tunc ſtatim eſt facienda proviſio, juxta *c. conſultatio. de jure patr. c. volum.* 16. *q.* 4.

Si tamen lis fuerit inter ipſoſmet patronos ſe dicen-70 tes, & non concordantes in præſentato, vel quia alter ipſorum prætendit, alium non eſſe patronum, vel quid ſimile contendatur: tunc ſi lis finita non fuerit, nec terminata intra terminum à jure præfixum patronis; devolvitur proviſio ad Epiſcopum, qui poterit collationem facere, gloſ. *in c. eam te, jur. patron.* & ibi Abb. & Innocent. & idem Abb. *in cap.* 1. *num.* 3. & Innocent. *n.* 2. *eodem tit. gloſ.* 1. *in c.* 2. 16. *quæſt.* 7. Abb. & omnes *in c. cum vos de off. ordin.* Selva. *de benef.* 2. *p. q.* 6. *n.* 4. *& in* 3. *p. quæſt.* 1. *n.* 9. Lambert. *de jur. patr. lib.* 2. *p.* 2. *quæſt.* 1. *art.* Perez de Lara, *ubi proximè d. c.* 9. *ſub num.* 38. *ad fin.* Zerol. *in d. verb. jus patr. ad quintum.* Nicol. Garcia *de benef.* 3. *tom.* 10 *p. c.* 2. *num.* 19 & alii ſtatim citandi, & ſunt jura expreſſa text. *in c. quoniam* 3. ibi, & id ipſum etiam faciat, ſi de jure patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, & cui competat, intra quatuor menſes non fuerit definitum, *&c.* text. etiam *in c. eam te*, ibi, non fuerit controverſia terminata, licitum tibi ſit de perſona idonea ordinare, *&c. eodem tit.* text. etiam expreſſus *in c. ſi verò, eod. tit.* & etiam eſt expreſſa lex Re-71 gia 11. *tit.* 15. *p.* 1. & hæc collatio intelligitur ſalvo jure præſentandi in poſterum illi, qui jus evicerit patronatus per ultimum calculum ſententiæ, ut probant præfati Doctores præcipuè Zerol. Lara, & Lambert. & probant expreſſè text. *in d. c. cùm propter*, ibi, ita quòd illi ex hoc non debeat in poſterum præjudicium generari; qui jus evicerit patronatus, *&c.* text. *in c.* 2. *de ſupplend. negl. prœl.* ibi ita tamen quòd ex hoc nullum patronis præjudicium in poſterum generetur: reſervatur etiam 72 patrono vincenti, ut lite finita poſſit repræſentare jam inſtitutum ab Epiſcopo jure devoluto, juris ſui conſervandi cauſa, ut principium habeat quaſi poſſeſſio illius, tradunt Lamber. *de jur. patr. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1. *in prin. art.* 9. *n.* 6. Lara *de anni. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 39. & facit *d. l.* 11. *tit.* 15. *p.* 1. & etiam eſt text. expreſſus *in d. c. ſi verò*, ibi, ita quòd repræſentetur ab eo, qui jus evicerit patronatus, *&c.* ubi gloſ. & Doctores.

Et an, & quando devolutioni juris patronatus locus 73 ſit, variis cauſis monſtratur, ubi ſex elegantiſſimi caſus diſtinguuntur, totam materiam, & difficultates abſolventes, ponit Rotæ deciſio 586. *per totam*, in noviſſ. recollect. per Farinac. 1. *p.* quam per te omnino vide, quia fortè caſum, quem quæſieris, invenies, & optimè Mareſcot. *var. reſol. lib.* 6. Ricc. *in prax. Eccleſ. juris patr. deciſ.* 188. *per totam*, *fol.* 180.

Unum tamen notabile non omittam, quòd licèt ita 74 ſit in patronis tot juribus diſpoſitum, ut durante lite inter ipſos ultra tempus præfixum, proviſio Eccleſiæ Epiſcopo devolvatur: tamen hoc non procedit in electione, aut collatione, quia durante lite ſuper jure conferendi, ſeu eligendi, non currit tempus litigantibus, nec ex hoc capite cauſatur devolutio, ita hanc differentiam

differentiam fecere Feder. de Senis *conſil.* 232. Rebuff. *in concor. tit. de regia ad prælaturas nominatione* §. 1. *verb. intra ſex menſes.* Lambert. 2. *p. lib.* 2. *q.* 1. *art.* 2. Berojus *in c. quoniam de jur. patr. n.* 42. & Flores de Men. *quæſt. pract. q.* 3. *n.* 33. *&* 34. Nicol. Garc. *de benef.* 10. *part. cap.* 2. 75 *n.* 19. quia iſtis impeditis, ſive impedimentum ſit juris, ſive facti, non currit tempus. Abb. *in c. quia diverſitatem n.* 3. *de conceſſ. præbend.* Coſmas *in pract. ſanct. tit. de collatio*, §. *item circa, verbo tempus.* Selva *de benef.* 3. *p. q.* 59. Rebuff. *tit. de devolutio. à n.* 10. Rochus de Curt. *de jur. patr. verb. honorificum, q.* 28. *n.* 58. Mandagat. *in tract. de electiou. novorum prælatorum* 1. *p. cap.* 2. *&* 3. & ibi Boërius, & Petr. de Baviſo *in directorio electionum* 3. *part. cap.* 42. Joan. Gutier. *canon. quæſt. lib.* 1. *cap.* 28. Flores de Men. *d. q.* 3. *n.* 4. *& ſuprà.* Zerol. *in prax. verb. jus patron.* 76 §. 8. 1. *dub.* & legitimo impedimento ſtante, etiam excuſat patrono, ut non currat ei tempus, ut ipſe Zerol. *ibi* poſt alios & optimè Spino *de teſt. gloſſ.* 4. *n.* 23. *&* 24. quod eſt intelligendum, non de impedimento litis, cùm patronis non excuſet ex ſupradictis.

77 Quid autem ſit dicendum in proviſionibus, ſeu electionibus canonicatuum Doctoralis; & Magiſtralis: an eorum proviſio debeat fieri intra ſex menſes, ita ut aliàs devolvatur ad ſuperiorem, & Nicol. Garc. *ubi proximè* 5. *part. cap.* 4 *n.* 222. *cum duob. ſeqq.* tenet devolutionem cauſari ad tradita per Anaſtaſium Germonium *de indultis Cardinalium*, §. *volumus num.* 56. maximè cùm provideantur authoritate ordinaria, tamen ut ſuperior ad quem ſit devolutio, non teneatur ponere edictum, nec facere concurſum: quia iſta forma datur duntaxat Epiſcopo, & capitulo: ſed an verum ſit ſtatim dicam *in fin. hujus cap.* ubi etiam an ad Epiſcopum fiat hæc devolutio.

Et devolutio etiam cauſatur, ubi patronus ſive Ec-78 cleſiaſticus, ſive laicus præſentavit indignum, inhabilem, vel incapacem, Rot. *deciſ.* 5. *de jur. patron. in novis.* Abb. *n.* 5. *&* 6. & ibi additio, & alii DD. *in cap. cum vos de off. ordin.* Rochus de Curt. *de jur. patr. verb. honorificum n.* 16. Lambert. *eod. tract.* 1. *p.* 2. *lib. quæſt.* 10. *art.* 4. & iterum 3. *p. lib.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 2. *n.* 27. Probus ad Monachum *in c. ſi tibi abſenti, de prob. in* 6. *n.* 53. Creſcent. *deciſ.* 11. *de jur. part.* Padil. *in l. cum quidam n.* 17. *ff. de legat.* 2. Quintanadven. *eccleſiaſticon. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 10. Ægid. Bellamer. *deciſ. Rotali* 172. incipit, *collatio facta fuit regul. cancell.* 42. *de commend.* Felin. *in cap. cum noſtra n.* 44. *verſ.* 8. nota Hieron. Gonzal. *in regul. de men. gloſ.* 8. *n.* 40. *&* 41. & eſt deciſio Rotæ adducta per Nicolaum Garciam 7. *p. cap.* 1. *n.* 65. ubi hanc opinionem ſequitur, *& in* 1. *tom.* 5. *p. cap.* 9. *n.* 249. & idem optimè *in* 2. *tom.* 10. *p. c.* 3. *n.* 4 *&* 5. contra alios dicentes non procedere in patronis laicis.

Et generaliter ubi confertur, vel eligitur indignus, 79 incapax vel alias inhabilis, *cap. cum in cunctis* §. *fin. de electione*, ubi Doctores *& cap. ſcriptum verſ. ſi verè, eodem tit. cap. ſi compromiſſarius de electione l.* 9. Corraſ. *in tract. de benef.* 1. *p. cap.* 7. *n.* 11. Cuchus *in tract. de benef. & penſion. c.* 5. *n.* 5. Nicol. Garcia *ubi proximè d. cap.* 80 9 *n.* 2. ubi *n.* 3. adducit elegantem Rotæ deciſionem, an ordinarius qui confert, teneatur inquirere, ubi dicitur debere ſcire conditionem ejus, cui confert.

81 Notandum eſt inſuper, ut devolutio beneficii propter negligentiam non providendum infra tempus à jure ſtatutum, ſit ad ſuperiores gradatim, tex. eſt *in c. licet de ſupplenda negligentia prælat. c.* 2. *de conceſſ. præben.* & ibi latè DD. Corraſ. *de benef.* 1. *p. d. cap.* 7. *n.* 8. *&* 4. *q. cap.* 1. *n.* 11. Caldas Pereyra *reſponſ.* 3. *n.* 2. Azor. *inſtit.* 82 *moralium* 2. *part. l.* 6. *cap.* 27. & alibi paſſim per DD. & ad quos in electionibus devolutio fiat, & quemadmodum intelligatur vide Abbatem *in cap. cùm in cunctis* §. *fin. de electione.* Doctores *in cap. quanquam de electione in* 6. Rebuff. *in tit. de devolut. n.* 17. & idem *in repetitione cap.* 2. *de conceſſ. præbend. circa fin. verſ. quartò quæritur, & in concordat. tit. de collation.* §. *ſi quis verò verb. immediatum* Paul. de Citad. 6. *p. art.* 3. *quæſt.* 26. *n.* 4. Petr. Greg. *de benef. cap.* 39. *n.* 21. Zerola 1. *part. verb. beneficia* §. 2. 2. *fall.* Cuchus *de benef. c.* 5. *n.* 5. Azor. *ubi proximè*, quos vide & quemadmodum devolutio ſit tam 83 de capitulo ad Epiſcopum, quàm de Epiſcopo ad capitulum, & in quibus caſibus, vide Nicol. Garc. *de benef.* 10. *p. cap.* 3. *n.* 33. *cum ſeqq.*

Sed ſtat difficultas, an in collatione Parochialium 84 facta jure devolutivo forma examinis, quæ coram inferiori requiritur, ſervari debeat, in quo videtur dicendum, non requiri, imò duntaxat locum habeat, quando jure ordinario Parochialis confertur, vel inſtituitur, ex his quæ dicit Nicol. Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 9. *num.* 222. volatis ad ſuperiorem, ob non eorum factam electio-85 nem intra ſex menſes à jure ſtatutos, non requiritur forma concurſus, quia hæc duntaxat appoſita videtur Epiſcopo, & capitulo. Sed nihilominus contrarium 86 verius eſt de jure, tum quia (ut ſuprà diximus) ad prin. devolutio ſit cum omnibus ſuis qualitatibus, quæ à principio inerant beneficio, & ad ſuperiorem devolvitur cum eiſdem qualitatibus, cum quibus inferior providere tenebatur. Gutierr. *conſ.* 2. *n.* 15. Achil. *deciſ.* 13. *de jur. patr.* Hieron. Gonz. *in regul. de menſ. gl.* 46. *n.* 33. quia natura beneficii mutari non debet. Cephal. *conſil.* 87 358. *n.* 8. *col.* 3. Gab. *conſ.* 185. *n.* 2. & ſuperior, ad quem 88 eſt devolutum, debet providere habenti qualitates à fundatore requiſitas, ut plures referens tradit Perez de Lara *de anniv. & Capell. cap.* 10. *n.* 27.

Et in terminis ita cenſuit Sancta Congregatio Con-89 cilii 29. Junii anno 1600. quæ eſt deciſio 261. inter noviſſimas recollectas per Farin. 4. *p.* in hæc verba; Congregatio Concilii cenſuit, in collatione Parochialium, quæ jure devolutivo conferuntur, ſervandam eſſe formam examinis per concurſum, quia patronus non læditur. Et quia ſublato obſtaculo præſentationis, & juris patroni illa vice excluſi, res cedit ad ordinarii poteſtatem. Hactenus de deciſione, quæ eſt ponderanda, 90 ut loquatur etiam in Parochialibus juris patronatus laicorum, in quibus S. Concilium Tridentinum non habet locum concurſus, quando providentur ad eorum præſentationem per ordinarium: & ſic evidenter convincitur Garcia *ubi proximè*, quia etiam ubi non 91 requiritur examen per concurſum ex aliquo impedimento prout in terminis dictæ deciſionis: coram inferiori, requiritur coram ſuperiori, ad quem proviſio devolvitur.

CAPUT XII.

A ſententia lata in remedio adipiſcendæ *ex l. fin. C. de edicto D. Adriani*, aliiſve quibuſvis poſſeſſoriis remediis: an, & quando judex Eccleſiaſticus vim faciat, appellationi non deferens, & quid à ſententia continente mixturam.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſorium judicium duplex eſt, aliud ſummarium ſeu ſummariiſſimum, aliud ordinarium ſeu plenarium.*

2 *Poſſeſſorium ſummarium eſt præparatorium judicio ordinario poſſeſſorio.*

3 *Poſſeſſorium ſummarium, cùm ſit momentaneum aptitudine, exigit ſummariâ cognitionem, non libellum, litis conteſtationẽ, concluſionẽ, aut diffinitivam ſentẽtiam.*

Poſſeſſorii ſummarii natura, & effectus, quando proponatur. & quod duret, ibid. breviter tamen.

4 *&* 8. *Poſſeſſorii ſummarii ad materiam qui ſint videndi.*

5 *Poſſeſ-*

5 Poſſeſſorio ſummariiſſimo, quod eſt judicis officium: nullus requiritur ordo judicialis.

Quod procedit in ſummariiſſimo, recuperandæ, adipiſcendæ, aut retinendæ poſſeſſionis, ibi, & num. ſeqq.

9 Poſſeſſoria omnia remedia ordinaria habent remedium ſummariiſſimum ex judicis officio.

10 Poſſeſſorium ordinarium quando locum habeat, & in eo quomodo procedatur, & de ejus effectibus & natura breviter explanatur.

11 & 12. Poſſeſſorium ſummariiſſimum ab ordinario & plenario quantum diſtet, & quæ in utroque requirantur remiſſivè.

13 Poſſeſſorium remedium ex l. fin. C. de edicto D. Adr. ſummariiſſimè proceditur.

14 Quod intelligitur reſpectu omnium perſonarum, quæ eo remedio potiri poſſunt.

15 Carboniani edicti remedio proceditur ſummariè.

16 Poſſeſſorium adipiſcendæ intentatum à muliere ventris nomine ſummariè tractatur.

17 Poſſeſſorium remedium ex Salviano interdicto ſummariè agitur.

18 Poſſeſſoria remedia ſemiplenam probationem requirere tantum, qui defendant.

19 Poſſeſſoria remedia plenariam & legitimam probationem requirere, qui defendant.

20 Poſſeſſorium ſummarium ſeu ſummariiſſimum requirit ſemiplenam & levem probationem.

21 Poſſeſſoria adipiſcendæ, aut Salviani, & l. fin. C. de edicto D. Adr. licèt quoad ordinem procedatur ſummariè, plenam tamen requirunt probationem.

22 Hæres ad hoc ut ex teſtamento militis in poſſeſſionem mittatur, requiritur plena probatio.

23 Poſſeſſorium judicium licèt requirat plenam & perfectam probationem, non deſinit eſſe ſummarium.

24 Summarium quando eſt judicium, ſeu executivum, omnes ejus articuli ſunt ſummariiſſimi, ſeu executivi, & pariter procedendum eſt.

25 Guarentigiato inſtrumento ſi ſit procedendum ſummariè, pariter erit procedendum ſummariè in hypothecaria mota ratione debiti.

26 Argumentum non eſt bonum; in judicio ſummario requiritur plus probationis, ergo judicium efficitur plenarium, ut contra Sarmiento.

27 Appellatio non admittitur à ſententia lata ſuper judicio merè poſſeſſorio adipiſcendæ, retinendæ, aut recuperandæ, jure civili.

28 Poſſeſſorii meri ſententia affert modicum præjudicium, cujus gravamen reparatur per diffinitivam.

29 Appellatio non admittitur à poſſeſſorio ſummario.

30 Appellari non poteſt ab omni judicio poſſeſſorio tam adipiſcendæ & retinẽdæ, quam recuperandæ poſſeſſionis.

31 L. unicæ, C. ſi de momen. poſſ. verba interpretantur, & ponderantur, & ſeqq.

32 Poſſeſſorii meri ſententia parat modicum præjudicium & illud reparabile de facili in judicio petitorio.

33 Poſſeſſio momentanea quare dicta.

34 A poſſeſſorio adipiſcendæ ex l. fin. C. de edicto D. Adr. & ejus ſententia lata in favorem utentis illo remedio appellationi non eſt deferendum.

35 Teſtatoris voluntas celerem executorem deſiderat.

36 & 38. A ſententia in interdicto quorum bonorum appellatio non admittitur.

37 Statutum ſimpliciter permittens appellare in cauſis poſſeſſoriis non intelligitur in ſententia, de mittendo hærede ſcripto in poſſeſſionem.

38 Interdictum quorum bonorum non admittit appellationem ſuſpenſivam.

39 Quorum legatorum interdictum non admittit appellationem.

40 Appellatio non datur in remedio l. 3. C. de pignorib.

41 Reus conventus rei vindicatione negans poſſidere, & victus de mendacio, non appellat.

42 Appellatio eſt prohibita in ſingulis ſpeciebus adipiſcendæ poſſeſſionis.

43 Salvianum interdictum eſt utiliſſimum, & merè poſſeſſorium, quod ad cœlum exclamant Doctores.

44 Salvianum interdictum competit fundi domino contra colonum, ut adipiſci poſſit poſſeſſionem earum rerum, quæ illatæ ſint in fundo.

Et ideo competit pro penſione fundi locati, & hoc eſt directum interdictum, ibid.

45 Salvianum interdictum utile datur etiam domino contra conductorem prædiorum urbanorum.

46 Salvianum interdictum competit cuilibet creditori habenti bona ſui debitoris obligata etiam tacitè & ex quacumque cauſa.

47 Duæ contrariæ opiniones referuntur, ibid.

48 Salvianum interdictum eſt remedium ſummarium, in quo de ſola poſſeſſione tractatur.

In hypotheca probari debet de dominio vel quaſi debitoris, ibid.

49 Salviano utens non tenetur probare, rem hypothecatam fuiſſe in bonis debitoris, ſed illam poſſediſſe.

50 Salvianum interdictum non admittit exceptiones reſpicientes defectum pignoris, maximè requirentes altiorem indaginem, ſecus in hypothecaria, ibid.

51 De pluribus ſpecialitatibus Salviani interdicti, & differentiis inter illud, & actionem hypothecariam, remiſſivè.

52 Salvianum interdictum ita ſe habet ad actionem hypothecariam ſicut poſſeſſorium ad petitorium.

53 Salvianum interdictum tanquam merè poſſeſſorium non admittit appellationem ſuſpenſivam, ſecus actio hypothecaria.

54 Uti poſſidetis remedium retinendæ non recipit appellationem.

55 Recuperandæ poſſeſſionis remedium non admittit appellationem.

56 Retinendæ in ſingulis ſpeciebus non admittitur appellatio.

Prout in interdictione vis fiat, ibid.

Interdicto utrobi, ibid.

Interdicto de ſuperficie, ibid.

Interdicto de itinere actuque privato, ibid.

57 Retinendæ interdicto non cadit attentatum.

58 Recuperandæ poſſeſſionis interdicta non admittunt appellationem.

59 Recuperandæ ſingulæ interdictorum ſpecies non recipiunt appellationem, remiſſivè.

60 In Regio quando poſſit à poſſeſſoriis ordinariis appellari.

61 Poſſeſſoria judicia ſummariiſſima præparatoria poſſeſſorii ordinarii, non recipiunt appellationem.

62 Appellatio à poſſeſſorio mero licet non admittatur, intelligitur quoad ſuſpenſivum duntaxat, non verò quoad devolutivum.

63 Doctores qui hanc opinionem tenent referuntur.

64 Doctores qui tenuere appellationem eſſe prohibitam in poſſeſſoriis quoad utrumque effectum, referuntur, & refutantur.

65 Appellatio ſi foret prohibita in poſſeſſorio quoad utrumque effectum, vera foret opinio dicentium, à qualibet ejus interlocutoria eſſe permiſſam quoad utramque.

66 Appellatio quando eſt prohibita à diffinitiva quoad ſuſpenſivum duntaxat, prohibita intelligitur etiam qualibet interlocutoria incidenti.

67 Appellatio admittitur jure Canonico à ſententia lata ſuper mero poſſeſſorio.

68 Remedium poſſeſſorium ex c. redintegranda, ſive ſit intentatum in foro Eccleſiaſtico, ſive ſeculari, datur appellatio ſuſpenſiva.

69 Et de ratione.

70 Privilegio aut aliqua juris diſpoſitione qui uti vult, uti debet cum omnibus ſuis qualitatibus.

71 Æguidiana conſtitutio decernit, hodie licere exequi pri-

mam ſententiam latam ſuper quolibet remedio poſſeſſorio, etiam appellatione pendente.

72 Æguidiana conſtitutio eſt coarctata & limitata ad certas cauſas, & certas perſonas.

73 Æguidiana non habet locum niſi in ſtatu Eccleſiaſtico Sedi Apoſtolicæ ſubjecto.

74 Æguidiana non habet locum inter perſonas Eccleſiaſticas.

75 Commiſſio ſuper appellatione à poſſeſſorio ſignatur cum clauſula (ſine præjudicio legitimæ executionis) quatenus Æguidianæ locus ſit.

76 Gratiani compilatoris decretorum verba non habent vim canonis, nec canonizant jura civilia.

77 Appellatio non admittitur ſuſpenſiva etiam de jure canonico in poſſeſſoriis ſummariiſſimis, prout in l. fin. C. de edicto divi Adria.

78 Celerem expeditionem ubi cauſa deſiderat, etiam jure canonico denegatur appellatio.

79 Beneintendi, & aliorum opinio reprobatur.

80 Poſſeſſoria remedia omnia ſummariiſſima, quæ ſunt præparatoria poſſeſſorii ordinarii, non recipiunt appellationem etiam de jure canonico.

81 Salvianum poſſeſſorium non admittit appellationem etiam jure canonico.

82 Poſſeſſorium non merum, ſed mixtum cum petitorio admittit appellationem à toto.

83 Poſſeſſorium quando ſimul tractatur cum petitorio, iſtud ut potentius præponderat, & abſorbet poſſeſſorium, & attenditur, ut appellatio admittatur à tota cauſa & ſententia.

84 De ſententia mixturam habente, & de pluribus difficultatibus illam tangentibus, & quando ab illa tota liceat appellari, & generaliter quando duæ diverſæ qualitates prohibitivæ & permiſſivæ appellationis concurrũt in eadem ſententia, quæ attendatur, latè, remiſſivè.

85 Doctores generaliter loquentes de appellatione admittenda à ſententia continente mixturam, intelligitur de mixtura propria poſſeſſorii & petitorii.

Appellatio an ſit admittenda à ſententia complicata habente contrarias qualitates, vide ibidem remiſſivè.

86 Ad exhibendum condemnatus & ob non exhibitionem ad intereſſe poteſt ab intereſſe ſententia appellare.

87 In Judicio poſſeſſorio, quo fit condemnatio ad intereſſe ob non facultatem rei reſtituendæ, admittitur appellatio.

88 Appellatio an admittatur in juriſdictionalibus, & aliis quibus poſſeſſio juſtificatur cum titulo, remiſſivè.

89 Interdicti de aqua quotidiana & æſtiva ſententia, cùm habeat admixtam cauſam proprietatis, recipit appellationem à tota.

90 Poſſeſſorium admixtam habens cauſam proprietatis admittit appellationem.

91 Poſſeſſor conventus ex l. fi. C. de edicto divi Adri. aſſerit ſe hæredem ſcriptum in teſtamento ſolemni & parem titulum oſtendit, appellatio admittenda eſt quoad utrumque effectum.

92 Probabilis quando fuiſſet dubitatio, quis duorum ſit hæres, neceſſe eſt, ingredi judicium petitorium & appellatio admittitur.

93 Exceptio reſpiciens proprietatem, cùm poſſit repelli ſi admittatur, de ea erit cognoſcendum in poſſeſſorio, à quo judicio tanquam mixto datur appellatio.

94 Poſſeſſorium admixtam habens cauſam proprietatis non dicitur momentaneum.

95 Statutum loquens de poſſeſſorio mero, non extenditur ad poſſeſſorium mixtum.

96 Salvianum interdictum quando poſſit habere mixturam proprietatis, ut appellatio admittatur.

97 Poſſeſſorii ſententia continens condemnationem fructuum, damni aut intereſſe, & quando recipiat appellationem.

Appellatio quando admittatur in poſſeſſoriis, vide Salgado de Protect. Reg. remiſſive, ibidem.

98 Poſſeſſorium licet mixtè tractetur in judicio ſi tamen ſuper poſſeſſorio dumtaxat feratur ſententia, appellatio non ſuſpendit ejus executionem.

99 Poſſeſſorium agitatum per viam contractus, admittit appellationem quoad utrumque effectum, & n. ſeqq.

100 Fallit quando ad rei poſſeſſionem agitur vigore inſtrumenti guarentigiati.

101 Condemnatus principaliter & immediatè ad poſſeſſionem tradendam vigore contractus appellat.

Quia nullum ſupereſt petitorium condemnato & obligato contra pactum & obligationem, ibid.

102 Poſſeſſorio deducto in ſtipulatione cujus vigore quis condemnatus eſt appellare licet.

103 Et idem quando quis petit de feudo ſe inveſtiri, quia agit ex contractu.

104 Condemnatus ad liberè dimittendum poſſeſſionem appellat, quia continet mixturam.

105 Poſſeſſio capta vigore pacti (de ingrediendo propria authoritate) eſt valida etiam non obtenta ſententia declaratoria.

106 Poſſeſſionem ingredi quis poteſt propria authoritate, urbanius facit adeundo judicem.

107 Ad poſſeſſionem ubi non eſt actum vigore contractus principaliter, ſed vigore clauſulæ conſtituti, vel pacti de ingrediendo propria authoritate, appellatio non ſuſpendit.

108 In poſſeſſorio ſi agatur ad caducitatem non principaliter, ſed incidenter & acceſſoriè, non admittitur appellatio.

109 Ad poſſeſſionem ubi agitur non principaliter ex contractu ſed vigore clauſulæ conſtituti in eo appoſitæ, appellatio non ſuſpendit.

110 Quia tunc debitor nolens tradere poſſeſſionem videtur ſpoliare.

111 Quorum bonorum utili interdicto petente ſolio feudi inveſtituram non licet appellari.

112 Quæſtio acceſſoriè & incidenter deducta ſuper validitate ſcripturæ in poſſeſſorio principaliter intentato, non tollit appellationem.

113 Titulum oſtendens ad conſequendam poſſeſſionem petitam non dicitur agere poſſeſſorio mixto.

114 Sententia continens cauſam falſitatis non exequitur in bonorum poſſeſſione ſecundùm tabulas petita.

115 Gravamen illatum in ſententia poſſeſſorii, ſi reparari non poteſt per petitorium, admittit appellationem ſuſpenſivam.

Condemnato ad poſſeſſionis reſtitutionem, competenti retentionem dumtaxat, licet appellare, ibid.

116 Poſſeſſorium judicium motum contra detentatorem, qui non poteſt petitorium movere, ut puta commendatarium admittit appellationem.

117 Et ejus doctrinæ plura redduntur exempla, remiſſivè.

118 Poſſeſſorium ſummariiſſimum eſt præparatorium poſſeſſorii ordinarii.

Poſſeſſorium ſummariiſſimum, & ejus interlocutio durat uſque quo lata ſit ſententia diffinitiva in poſſeſſorio ordinario, ibid.

119 Prima ſententia lata in poſſeſſorio ordinario contra obtinentem in judicio ſummariiſſimo, an ſit contra illum exequenda non obſtante appellatione.

120 Sententia de aperiendo teſtamento non recipit appellationem quia celeritatem deſiderat.

121 A mandato de evacuando domum, ſeu ut dicunt defractando, an liceat appellari.

HAud poſſum non fateri, hunc tritum articulum, ex his quæ variis in locis apud Doctores ſupra reperiuntur, vagantia, quæ cum inter ſe pugnent carentia diſtinctione, illum, nedum difficilem; verùm confuſum, intricabilem reddant, quod ut 1

evites, ſingulas doƈtrinas ſuo proprio caſui cum ſui ſpecialitatis ratione adaptato: ut quid jure verum ſit, facilè cognoſcatur in poſterum. neceſſitatis illius non oblitus: quòd judicium poſſeſſorium duplex eſt, aliud ſummarium, & interdum ſummariiſſimum, aliud ordinarium, ſeu plenarium.

2 Summarium judicium poſſeſſorium autem illud eſt, quod proditum eſt ex ſolo judicis officio implorato, præparatorium quoddam judicium ad poſſeſſorium ordinarium, quod tunc locum habet, quando ſcilicet utraque pars contendit poſſidere, & quælibet recuſat agere & libellum offerre, aƈtoriſque partes ſuſtinere, induƈtum principaliter, ne lite pendente, vel non pendente ſuper poſſeſſione, ſeu poſſeſſorio ordinario, partes veniant ad arma, ſe invicem turbantes, & pro libello enſem offerentes (ut inquit Bald. *in l. quiſquis C.* 3 *quorum app. non recip.*) cujus natura (cùm ſit momentaneum aptitudine) exigit ſummariam cauſæ cognitionem, quod nec requirit libellum, nec litis conteſtationem, & concluſionem, nec ſententiam diffinitivam ſed interlocutoriam duntaxat, præjudicium nullum afferentem, nec in poſſeſſione, nec in proprietate, prout ita in eamet declaratur, durante interim, dum lis ſuper plenario judicio poſſeſſorio, vel petitorio diffinitivè terminatur: & tunc judex ex officio ut occurrat ſcandalis, & rixis imminentibus, nullo ſervato ordine judiciario, ſed omiſſo penitus debet ſuper ultimo eorum ſtatu poſſeſſionis, ſeu detentationis probationes ſeu informationes à partibus ex officio recipere, & quem invenit in ultimo ſtatu, ſeu meliori poſſeſſione, defendet, inhibens alteri ne ad eam accedat, nec alteram inquietet, donec ut aƈtor agens in poſſeſſorio plenario cognoſcatur: quis verus ſit poſſeſſor, ut & iſte in petitorio partes rei obtineat. Nam quemadmodum poſſeſſorium ordinarium eſt præparatorium judicium petitorio, ut quis aƈtor ſit, cognoſcatur, *l. ordinarii C. de rei vindicatione*, ita hoc poſſeſſorium ſummarium eſt præparatorium judicio poſſeſſorio ordinario, ut diƈtum eſt, & ideo ſummariam cauſæ cognitionem exigit, juxta *l. æquiſſimum* (ex quo principium habere creditur) *ff. de uſufruƈt.* & praxis *ff. libertis, §. fi. ff. de liberali cauſa* ita optimè Paul. Caſtr. *in conſ. 3. col. 2. l. 2.* Bald. *in l. ordinarii col. 3. verſic. ſed hic quæro* ibi Caſtr. & alii Alciat. *conſ. 386. in princ.* Neviz. *conſ. 8. n. 7.* Ruin. *conſ. 28. colum in prin. volum. 4.* Marſil. *in l. 1. §. præterea, col. 18. de quæſt. & in ſingul. 543.* Felin. *in rubr. de treuga & pace §. qui timet circa fi.* Capicius *dec. 13. & dec. 14. & 55. & 96. n. 10. & dec. 189. & dec. 209* Curtius Senior *conſ. 66.* Pariſ. *conſ. 178. l. 4.* Iſſ. *in l. ſuper poſſeſſio. n. 15.* & ibi Decius *num. 10. C. de tranſaƈt.* idem Decius *in l. ult. n. 6. de ediƈto divi Adria.* idem *conſil....* Alban. *conſ. 75.* Plot. Novarienſ. *in repetitione l. ſi quando n. 107. C. unde vi.* Corraſ. *in l. naturaliter, §. nihil commune n. acquir. poſſ.* Cephal. *conſ. in fi. lib. 1.* quia declarant Maria Soci. Sen. *in cap. 1. col. 16. fall. 54.* Cepola *cautel. 100. n. 3.* Natt. *conſ. 121. n. 2. l. 1.* Maſſuerius *in praƈt. tit. de poſſeſſorio n. 4.* exaƈtè Covarr. *in praƈt. q. c. 17. per totum.* Tiraq. *in traƈt. le mort ſaiſit le vif, 9. p. declaratione 9. in fi.* Rebuff. *ſuper concord. Regis Franciæ, tit. de annatis, verſic. quinta tamen ex l. regni & in commenta. regn. conſtitut. tom. 3. tit. de mater. poſſ. art. 1. gl. 1. à n. 4.* Menoch. *de retinen. poſſ. rem. ult. n. 33. & à prin.* Roland. à Valle *conſ. 8. per totum vol. 4.* quibus adde noſtratem Gaſp. Rodrig. *de annuis reddit. lib. 1. c. 17.* apud quos copiosè & affatim invenies reſolutas multas difficultates, attingentes hujuſmodi ſummarium poſſeſſorium judicium, ad quos te remitto, latè Riccius *in praƈt. dec. 2. p. dec. 203. per totam fol. 279.*

4 Et ultra ſupra citatos, quod in hujuſmodi judicis officio, quod eſt poſſeſſorium ſummariiſſimum, nullus ſit juris ordo ſervandus, affirmarunt gloſ. *in clem. 2. ut lite pend.* Bellam. *dec. 148. & dec. 194.* Bald. *in l. appell. col. 2. C. de appel.* Abb. *in c. ex parte col. penult. de reſcr.* Socin. Senior *in c. quoniam frequenter, col. 27. verſic. 6. fallit, ut lite non conteſtat.* Alexand. *conſ. 99. n. 9. lib. 5.* Ripa *in c. ſæpe nu. 10. verſic. 3. quia de reſtitutione ſpoliat.* Vantius *in traƈt. nullit. in tit. quot & quibus modis nulli propr. poſſ. n. 28.* Lanfr. de Orian. poſt alios plures ab eo citatos *in rubr. de cauſa poſſ. & propri. col. 8.* & Bella. *dec. 101.* qui loquuntur in poſſeſſorio ſummario in re- 6 medio recuperandæ, & circa poſſeſſorium hoc remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, idem probant Boër. *in c. 1. n. 39. & 40. de reſtitut. ſpoliat.* poſt Abb. *ibi* Rebuff. *in praƈt. benefic. tit. de miſſione in poſſeſſionem, n. 42. & 43.* & in hoc remedio reſpeƈtu poſſeſſionis retinendæ 7 fere omnes ſuperiùs diƈti probant, & attende quòd hujuſmodi remedium poſſeſſorium ſummarium, ſcilicet ex judicis officio, locum obtinet in omnibus interdiƈtis, 8 & remediis poſſeſſoriis tam adipiſcendæ, quàm recuperandæ, & retinendæ ut eſt de ſingulis videre apud Menoch. *de adipiſc. rem. 6. per totum, & de retinendæ, rem. ult. per totum, & de recup. poſſ. rem. 17.* ubi copiosè 9 de ſingulorum qualitatibus, & difficultatibus, multa adnotatione digniſſima, tam circa beneficia, quàm temporalia invenies, ita ut omnia remedia poſſeſſoria ordinaria habent hoc præparatorium ſummarium, ſeu ſummariiſſimum.

Alterum vero judicium poſſeſſorium eſt ordinarium 10 & plenarium, in quo ipſamet poſſeſſio deducitur, prout eſt in omnibus interdiƈtis poſſeſſoriis retinendæ, recuperandæ, & adipiſcendæ, in quorum examinatione regulariter agitur de poſſeſſione plenariè juris ordine ſervato & eiſdem ſolemnitatibus, & requiſitis, quibus traƈtari ſolent cætera judicia ordinaria, ſcilicet cum plena cauſæ cognitione, ſervatis juris terminis cum libelli oblatione litis conteſtatione, publicatione, & concluſione, & fertur ſententia diffinitiva, aſſerens quoad poſſeſſionem perpetuum præjudicium, ut poſſeſſor in poſſeſſione remaneat, & defendatur, ac tueatur, donec altera pars, ut aƈtore gerit, & obtinuerit in petitorio, in quo traƈtatur plenariè, & ordinariè de jure partium, hoc, eſt de proprietate, *l. exitus, ff. de acquir. poſſ.* diƈta ſic hæc interdiƈta poſſeſſoria ordinaria quia in eis ordo juris ſervatur, Menoch. *in traƈt. de recup. poſſ. in præludiis ſeu rem. 1. n. 34.* probant B. *in extrav. ſed reprimendum, in verſ. ſummariè poſt princ.* Abb. *in c. conſultationibus circa ſi. de off. delegat.* Cagnol. *in l. impari ff. de reg. jur.* Plot. *in l. ſi quando n. 107. & 114. C. unde vi.* Caſtr. *conſ. 3. lib. 2. & conſil. 5.* Marant. *de ordine judicio. 5. p. 9. d. n. 46. ad fi.* Natta *conſ. 532. n. 9. tom. 2.* ubi dicit certiſſimi juris eſſe, cauſam poſſeſſoriam in procedendo, ſummariam non eſſe, tamen eſſe ſummariam reſpeƈtu probationum, cùm leviores ſufficiant, licèt quoad hoc ultimum de probatione verum non dicat, ut ſtatim dicetur. Natt. ipſe *conſ. 121. n. 2. & n. 9. tom. 1.* Covarr. *in praƈt. quæſt. c. 17. n. 3. verſ. tertio erit hoc* exaƈtiſſimè Roland. à Valle *in conſ. 8. vol. 4. à n. 16. cum ſeqq.* ultra quos & apud alios citatos in prioris di- 11 ſtinƈtionis membro, reperies illam conſtitutam differentiam inter hunc, & ſuperiorem cauſam; ut in poſſeſſorio ſummario ſummaria cauſæ cognitio adhibenda ſit, in poſſeſſorio autem ordinario cauſæ cognitio plenaria, & 12 quæ requiritur generaliter in utriuſque cognitione; vide optimè Specul. *in titul. de off. omnium judic. §. poſtremo per totum* 1. latè Marant. *de ordine judicio 4. p. 9. d.* & ad iſtos terminos eſt reducendus, & intelligendus doƈtiſſimus vir ille ſummi, ac perpetui laboris Felicia. *in ſuo erudito traƈt. de cenſibus lib. 2. c. 1. n. 9. in fi.* qui Bart. & Marant. *ubi proximè* indiſtinƈtè dicunt, cauſam poſſeſſoriam eſſe ſummariam.

Ab hac tamen regula ultima ut in omnibus poſ- 13 ſeſſoriis ordinariè procedatur, excipere poteris remedium illud *ex l. fin. Cod. de ediƈto divi Adria.* quod inter alios adipiſcendæ appoſuit 4. loco Menoch. nam in eo agitur

14 agitur ſummariiſſimè, quod intelligi in omnibus caſibus, & reſpeƈtu omnium perſonarum, quibus illo remedio potiri queunt, de quo exaƈtiſſimè per Doƈtores *in d. l. fin.* & exaƈtam repetitionem fecit Zuchard. *ibi*, exaƈtiſſimè etiam ſcripſit Menoch. *de adipiſcen. in prædiƈto rem. 4. per totum*, & facit *l. quiſquis C. quorum appel.* 15 *non recip.* quibus adde remedium ex Carboniano edi- 16 ƈto, juxta *l. 3. §. cauſa de Carbon. ediƈto.* item cùm mulier nomine ventris petit ſe in poſſeſſionem mitti, *l. 1. §.* 17 *ſi ea, ff. de ventre in poſſ. mitt.* hic etiam adde aliud adipiſcendæ poſſeſſionis remedium ex Salviano interdiƈto in quo ſummariè etiam agitur, ut eſt videre ex his, quæ latè Menoch. *de adipiſ. rem. 3. à n. 173. cum ſequentib. & ſuprà.* Natt. *conſil. 532. ſub n. 10.*

18 Ex quibus reſultat componenda opinionum contrarietas: an in poſſeſſoriis judiciis ſemiplena, an plena requiratur probatio; & quòd ſemiplena ſufficiat, ſcilicet, per unum teſtem, vel ſolam famam, probant B. *in l. admonendi, col. penult. ff. de jurejur. & in l. 2. C. quorum bonorum, l. 2. §. ultim. Cod. ubi in rem aƈtio.* Cuma. *in l. 1. §. ultim. de prætoriis ſtipul.* Mateſila. *ſingul. 2.* Afflic. *deciſ. 364. num. 5.* Beroius *conſ. 43. num. 46. lib. 3.* Soci. *conſ. 266. num. 26. lib. 2.* Alexand. *conſil. 91. in prin. lib. 1. & in l. videlicet, C. de Carbonia. ediƈto. num. 2.* Car. Ruin. *32. num. 7. volum 4.* Aymon. Savilia. *conſil. 158. num. 12.* Petrus Dueñas *regul. 299. num. 10.* Marſil. *ſinguleri 433.* Sarmi. *de reddit. Eccleſiaſt. 1. p. c. 4. num. 3.* & ultra iſtos nonnullos alios citat pro hac ſententia Menoch. *de recuper. poſſ. rem. 15. num. 410. & ſeq.* & indiſtinƈtè loquendo in omnibus poſſeſſoriis hoc dicit Rebuf. *in commenta. conſ. reg. tom. 3. tit. de mater. poſſeſſ. art. 7. gl. 1. n. 26.* Alciat. *reſponſ. 389. n. 3.* Bellam. *conſ. 35. n. 6.* ea utuntur ratione, quoniam cauſa poſſeſſoria ſit modici præjudicii, *l. momentaneæ C. qui legit. perſo. hab. ſtant. imped. l. unic. C. ſi de momen. poſſ. fuer. appellat.*

19 Sed contrariam ſententiam, & opinionem, imò plenam, & legitimam probationem in judiciis poſſeſſoriis requiri; probant B. *in extravag. ad reprim. verb. ſummariè*, gl. Ofred. Jacobi Butr. Cyn. Bald. Angel. & Salicet. *in l. 1. C. quorum bonorum.* Lanfra. de Oria. *in l. admonendi colum. ult.* & ibi Curt. Senior *col. 78. de jur. patron.* Decius *in c. cauſam quæ col. 2. de judiciis.* Anchar. *in clem. ſæpè de verbor. ſignific.* & ibi Immol. *num. 41.* & ibi Georg. Natt. *num. 15.* & dicit communem opinionem Alexand. *conſil. 187. in fi. lib. 7.* Plot. *de in litem juran. numer. 15.* Roland. à Valle *conſil. 5. num. 16. lib. 2.* Vantius *de nullit. ſenten. ex defeƈtu proceſſ. numer. 38.* Oƈtavia. *deciſ. Pedemont. 9. q. num. 12.* Joſeph Ludovi. *deciſ. Peruſ. 59. num. 2.* noſtras Joan. Garcia *de nobilita. gl. 1. num. 51.* Afflic. *deciſ. 364. num. 5.* plures refert & ſequitur Plot. *in l. ſi quando, numer. 115. C. unde vi.* Cagnol. *in l. impari, num. 8. de regul. jur.* Gratus *conſil. 120. numer. 7. & 8. lib. 2.* Petrus Beneintendi *concl. 62. num. 10.* Natt. *conſil. 630. num. 7. lib. 3.* moventur, quia maximi momenti eſt poſſidere, *§. modum, inſtitu. de interdi.* & ſicut in cauſa magni præjudicii exaƈtæ probationes exiguntur, & ita in poſſeſſoria.

20 Et hanc contrarietatem cum fœdere diſtinƈtionis componunt referendi ex mente, & intentione relatorum, ut prima opinio requirens levem, & ſemiplenam probationem procedat in poſſeſſorio ſummario, ſeu ſummariiſſimo, momentaneo diƈto, quod provenit ex officio judicis, juxta *l. æquiſſimum ff. de uſufruƈt.* de quo nos ſuprà, ut probant leges pro contra allegatæ, & egregiè declarat Curtius Senior *in d. l. admonendi num. 323. verſic. ſecundo moveor.* ibi ita intelligit Bart. *in d. l. 2. §. ult. C. ubi in rem aƈtio.* quo moti fuere Decius, & Mateſila. quia jura allegata à B. loquuntur in præparatorio poſſeſſorio, ut *in Carboniano ediƈto*, ſequitur & animadvertit latè Ripa *in cap. ſæpè n. 3. in fi. de reſtitut. ſpolia.* Cur. Jun. *in d. l. admonen. num. 68. in fi. de reſtitutio. ſpolia.* & apertè eleganterque declarat Zuchar. *in l. ult. num. 318. C. de ediƈto divi. Adrian.* Joſeph. Ludovi. *deciſ. 59. n. 3.* & Beroius *conſil. 43. n. 46. & 48. lib. 3.* Menoch. *de recup. poſſ. rem. 15. n. 413.* ſequitur etiam & probat Marant. *in ſpeculo jud. 4. p. 8. d. n. 43. verſ. in iſta varietate & n. 44.*

At verò in cæteris poſſeſſoriis adipiſcendæ, nempe 21 *in Salviano interdiƈto, & l. fi. C. de ediƈto divi Adri.* licet ſint poſſeſſoria ſummaria, requirunt tamen plenam, & legitimam probationem, ſeu informationem, ſummariè tamen quoad ordinem, & ejus exaƈtionem traƈtetur, non autem ſufficit probatio ſemiplena, ut de utroque probat latè Menoch. *de adipiſcend. poſſ. rem. 3. à n. 172.* non enim hæres mittendus eſt in poſſeſſionem per 22 unum, vel per duos teſtes, & ecce etiam in teſtamento militis, nam ad hoc ut hæres, ex eo in poſſeſſionem mittatur, debet plenè non ſemiplenè per famam, aut unum teſtem teſtamentum, & inſtitutionem probare, ſed plenè, *l. divus ff. de milit. teſtam.* nec ex eo quòd judi 23 cium ſummarium requirat plenam, integram, & perfeƈtam probationem, efficitur ordinarium & plenarium, nec deſinit eſſe ſummarium, quia de articulo verè realiter & perfeƈtè, non per ſemiplenam probationem, famam, unum teſtem, aut indicia debet conſtare, & apparere, ſummariè tamen exigenda eſt ipſa informatio, quia quando unum judicium eſt ſummarium, ſeu 24 executivum, omnes ejus articuli incidentes, & adminicula judicii ſunt ſummarii, cum ſint pares ipſius cauſæ principales, in illiſque eſt ſummariè, ſeu executivè procedendum, ut in cauſa principali, quia de illis judicandum, & prædicandum eſt, ac de ipſa cauſa principali, Bal. *in l. 1. num. 6. C. comm. de legatis*, optimè Iſſ. *in l. 2. nu. 6. in fi.* poſt Bal. *C. eodem tit.* dicens, quòd ſi ex 25 ſtatuto procedendum eſt ſummariè, ſuper inſtrumento guarentigio, ſuper hypothecaria, quæ movetur ratione debiti in inſtrumento contenti, pariter erit ſummariè procedendum. B. *in l. creditores, col. ult. verſ. erit igitur C. de pignor.* latè plura reddens exempla Menoch. *de arbitr. lib. 21. p. 45. n. 9. 10. 11. & 12.* plures ſequuti & citati à Nat. *conſ. 21. n. 11. tom. 1.* Iſſ. *in rubr. l. qui admitti, colu. 1. in fi.* Marant. *de ord. jud. 4. p. 9. d. n. 40.* Iſſ. *in l. ult. §. ult. n. 3. ad fin. ff. de condiƈt. indebit.* quem eleganter ſequitur Petra Sanƈt. *ſingular. 23.* incipit *notant Bar.* Menoc. *de adipiſ. poſſ. rem. 3. à n. 175.*

Non eſt enim bonum argumentum, in judicio ſum- 26 mario requiritur plena, & legitima probatio, ergo judicium efficitur plenarium, & ordinarium ex ſupradiƈtis, ut (& perperam) putavit doƈtiſſimus Sarmiento *de redditi. Eccleſ. 3. p. c. 2. num. 23. & 24.* dicens ille loquendo in interdiƈto Salviano (& reƈtè in hoc primo) priùs debet conſtare an obligatio, & hypotheca ſubſiſtat, cùm ſine principali obligatione hypotheca nulla ſit, *l. res hypothecæ, ff. de pignorib.* ex quo infert Sarmiento, duo ſunt judicia iſta, in primo agitur, an obligatio ſubſiſtat, & in eo dicit, requiri pleniſſimam cauſæ cognitionem, & tres ſententias ferri oportere, in ſecundo autem judicio arguitur interdiƈto Salviano ad avocandam poſſeſſionem rei hypothecatæ, & ſummariè ſecundùm naturam ipſius interdiƈti, ſed contra illum meritò inſurgit Menoch. *de adipiſ. poſſ. d. rem. 3. à n. 172.* quia cùm cauſa principalis ſit ſummaria, omnes ejus articuli incidentes ſummariè traƈtandi ſunt, nec ex eo figura & judicii natura immutatur.

Quibus ſuppoſitis illa eſt jure civili conſtituenda re- 27 gula generalis, & univerſalis, & in cunƈtis remediis poſſeſſoriis, tam adipiſcendæ, quàm retinendæ, & recuperandæ, in quibus agitur ad meram poſſeſſionem, à ſententia pro aƈtore, puta, lata, appellatio non admittitur, emiſſa *ex l. 1. C. ſi de momen. poſſ. fuer. appell. l. fi. ff. de app. recipien. l. quiſquis C. quorum app. non recip.* & ubilibet gl. Quibus locis ita notat B. per quem & plenè *in l. 2. colum. 2. verſ. quæro quæ eſt ratio.* &c.

28 ff. de appell. recip. quia ſententia poſſeſſorii affert modi-
cum præjudicium, ex quo ejus gravamen reparari po-
teſt per diffinitivam. Angel. in conſ. 107. Bal. in d. l. 1. Ab.
in c. cum ad ſedem col. ante penul. de reſtitutio. ſpoliato.
Philip. Decius conſ. 28. n. 4. omnes in c. 1. de cauſ. poſſ. &
propri. Albert. in d. l. unica. Corſet. ſingular. 10. n. 1. lib. 4.
alios referens comprobat Afflict. deciſ. Neapol. deciſ. 269.
num. 3. Guid. Pap. quæſt. 37. ſi appelletur. Bal. in l. 2. C. de
Epiſcopali audi. Communiter Doctores in l. unica, &
præſertim Cæſar Contar. in rubr. n. 74. C. ſi de momen.
Specul. tit. de appellat. §. in quibus n. 8. in 6. l. 2. Nicel.
in tr. de concor. gloſſ. contor. 6. fall. 6. n. 26. tom. 18. fol. 192.
Rot. deciſ. 120. fuit reſolutum n. 2. p. 1. diverſ. gl. in cap.
cum ad ſedem, in verb. interdictum verſus fi. de reſ. ſpol.
Marqueſ. tract. de commiſſ. p. 2. in comm. appell. c. 2. n. 38.
Veſtr. in praxi, lib. 7. cap. 3. numer. 2. Vanti. in tract. de
nullitat. ſentent. quis poſſ. dicere de nulli. num. 34. verſ.
& propterea, fol. 376. Contar. ubi proximè in prima ratio-
ne decidendi n. 16. in fi. & n. 17. Joan. Cot. Tholoſ. in re-
pet. l. naturaliter, §. nihil commune, in præludiis n. 30. Pariſ.
conſ. 108. n. 20. lib. 1. Iſſ. conſ. 187. col. 5. verſ. hoc aſſumpto
lib. 2. Imol. conſ. 55 n. 5. Ab. in conſ. 55. col. 1. verſ. aliam
limitationem lib. 2. Brûn. conſ. 98. n. 9. Barba. conſ. 82. col.
5. lib. 3. Natta conſ. 121. nu. 4. vol. 1. Menoch. de recuper.
poſſ. rem. 9. à n. 316. Joſeph. Ludovic. deciſ. 20 n. 16. Ro-
lan. a Valle conſ. 77. col. 2. Octavia. deciſ. Pedemon. 25.
n. 4. Lancel. de attent. 2. p. c. 12. lim. 25. cum ſeqq. Ro-
ber. ſingul. appellationum 12. Capic. deciſ. 34. n. 1. Ant.
Gom. in l. 45. Tauri n. fi. Covar. in pract. quæſtio. cap. 23.
n. 8. Horatius Carpan. in lucubratio. juris ſive ſtatu Me-
diol. cap 150. gl. non poſſit appellari à num. 47. uſque ad
n. 50. Sequitur Doctor Felicia. de Solis in tract. de cen-
29 ſibus lib. 3. cap. 1. n. 11. & multo fortiùs dicendum erit in
judiciis poſſeſſoriis ſummariis, in quibus denegatam
eſſe appellationem probant Doctores hactenus citati,
& vide latè Scaccia de appell. quæſt. 17. limit. 6. memb. 2.
per totum, fol. 331. & alibi paſſim, & nos variis in locis
hujus capituli, latè etiam Riccius in prax. deciſ. 2. p. de-
ciſ. 263.
30 Quorum quidem Doctorum potiſſima pars abſolu-
tè loquuntur in omnibus judiciis poſſeſſoriis, at nomi-
natim & ſpecialiter, quòd in poſſeſſorio tam adipiſ-
cendæ, quàm recuperandæ, & retinendæ poſſeſſionis,
appellatio ſit prohibita, loquuntur poſt plures, ab eis
citatos Marant. in ſpecul. judic. tit. de appell. 294. Lan-
cel. Robert. de atten. 2. p. c. 12. limit. 25. num. 10. optimè
Anton. Gom. in l. 45. Tauri num. 194. Rolan. à Valle in
conſ. 77. n. 9. vol. 2. Bar. in l. 2. col. 2. n. 4. ff. de appell. re-
cip. gl. in l. unica in verbo, momento, & ibi Bar. q. 1. num. 3.
Salicet. poſſ. 2. num. 3. C. ſi de momen. Marc. Anto. Cuch.
tract. de mentien. circa poſſeſſ. n. 420. verſ. quid verò tom.
3. p. 2. fol. 300. Marqueſſ. tract. de commiſſio. 2. p. de com-
miſſ. appel. cap. 2. ſub n. 37. & 38. fol. 37. & de communi o-
pinione teſtantur, & ſequuntur Rolan. à Valle conſ. 77.
viſo n. 9. l. 2. Et Cæſar Contar. in l. unica in intellectu ſub
n. 1. verſ. unde is, C. ſi de momen. poſſ. & de magis commu-
ni opinione teſtatur & ſequitur Joan. Cumia. ſuper riti-
bus Siciliæ c. 80. n 66. fol. 253. & eſſe approbatum à Rota
refert Contard. ubi proximè in amplia. n. 3. in fi. Achill.
Perſonal. tract. quorum bon. n. 792. in fi. & n. 493. ubi de
crebriori opinione tom. 3. p. 2. fol. 279. Scaccia de appell.
quæſt. 17. lim. 6. memb. 5. num. 35. Covarr. pract. cap. 23.
num. 9. Menoch. (nullum allegans, ſed gloſſ. in d. l. uni.
C. ſi de momen. poſſ. fuer.) de recup. poſſ. rem. 6. num. 48. ad
med. Ruginell. in tract. de appell. §. 2. cap. 3. n. 653. in fi.
fol. 119. quod probant ex generalitate d. l. uni. C. ſi de mo-
31 men. poſſ. fuer. appellat. ibi, cùm de poſſeſſione, & ejus
momento cauſa dicatur, etſi appellatio interpoſita fue-
rit: tamen lata ſententia ſortitur effectum, reddentes
rationem, quia talis ſententia lata in mero poſſeſ-
ſorio parit modicum præjudicium, cùm de facili po-
teſt reparari in judicio proprietatis, quod quidem
indicant, & probant illa verba ejuſdem legis ibi, de poſ- 32
ſeſſione, & ejus momento: quod id ſignificat, quando
de poſſeſſione tractatur, cujus præjudicium non eſt
perpetuum, ſed momentaneum, dum in petitorio cau-
ſa terminatur, &c. latè Contard. in rubr. d. l. unica n. 26.
Gemin. in c. ult. 2. q. 6. n. 8. & ſic reſpectu obtinentis in 33
judicio poſſeſſorio dicitur momentanea, quia durat
dumtaxat, dum non nanciſcitur victoriam in petitorio,
& ſic parvi præjudicii: reſpectu autem ipſius poſſeſſionis
commoda magna ſunt ex vulgaribus juribus.
Et magis in ſpecie de ſingulis poſſeſſoriis remediis 34
probant multi; prout de poſſeſſorio adipiſcendæ, ex l. fi.
C. de edicto divi Adri. & ſententia pro utente ſuper ejus
remedio, ut appellatio non detur, affirmant poſt l. fin. ff.
de appell. recip. & l. quiſquis C. quorum appell. non recip.
& Doctores in d. l. fi. C. de edicto div. Adri. Pariſ. conſ. 54.
n. 39. vol. 3. Bald. in l. unica C. ſi de momen. poſſ. col. 2. in
fin. verſ. ſed pone, latè Zuchar. in repet. l. fin. num. 435.
& 441. verſ. & ſic erit conſ. Roland. à Valle in con-
ſil. 77. n. 12. facit gl. in verbo miſſus in d. l. fin. quam ſe-
quuntur B. Bald. Caſtren. Salicet. Alexand. & Iſſ. Curtius
Jun. & Sebaſt. Sepia relati à Zuchardo ſuprà, infinitos
congerit Tiraquell. in tractatu le mort ſaiſit le vif p. 6.
declarat. 6. n. 2. Guid. Papæ quæſt. 132. col. ult. Beroius
quæſt. 44. Menoch. de adipiſcen. poſſ. rem. 4. à num. 926.
Ozaſc. deciſ. Pedemonta. 25. num. 9. Covarruv. in pract.
quæſt. c. 23. n. 8. verſ. tertia concluſio, rationem reddunt 35
Doctores eandem, quam Conſultus, & Imperator, ille
in d. l. fi. hic in d. l. quiſquis, quòd teſtatoris voluntas ce- 36
lerem executionem deſiderat pariter, & in illo adipiſ-
cendæ remedio ex interdicto quorum bonorum, affir-
mant Bart. in l. 1. in fi. C. quorum bonorum, per quem Ma-
rant. de ord. judicio. 6. p. tit. de appell. n. 312. Menoch. de
adipiſcen. rem. 1. num. fi. Beneintend. concl. 79. n. 6. Ca-
cheran. Octavianus deciſ. Pedemont. 25. n. 9. Gozadin.
conſ. 5. col. 1. Rolan. à Valle conſ. 77. n. 10. vol. 2. Mar-
queſ. tract. de appell. p. 2. in commiſſ. appell. cap. 2. n. 56.
fol. 40. Caputaq. deciſ. 223. conſtitutio. Æguidi. n. 1.
p. 1. Cæſar. Contard. in l. unica in 4. ratione decidendi n. 1.
& meliùs num. 4. & limit. 17. n. 18. cum ſequentib. C. ſi de
mom. poſſ. Joſ. Cum. in ritibus Siciliæ cap. 38. n. 114. Ru-
ginell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. num. 649. & num. 640.
& ſeqq.
Quod & procedit, etiam ſi ſtatutum ſimpliciter per- 37
mittat poſſe ſemel appellari in cauſis poſſeſſoriis, quia
adhuc non licebit appellari à ſententia dimittendo hæ-
redem ſcriptum in poſſeſſionem. Beroi. q. 44. ſi ſtatuta
per totum, quem refert & ſequuntur Achill. Perſonal.
tract. de adipiſcen. poſſ. n. 323. verſ. quæ regula, tom. 3. p. 2.
fol. 268. Ruginel. tr. de appell. §. 2. c. 3. ſub n. 649. verſ. 2. in
fi. ſequitur & rationes reddens Scaccia de appell. q. 17.
limit. 6. memb. 4. à n. 23. fol. 347.
Ita in aliis remediis adipiſcendæ poſſeſſionis pro- 38
bant ſingillatim Doctores, prout de interdicto quorum
bonorum, ut non admittatur ſuſpenſiva appellatio, fir-
mant Roland. à Valle conſ. 77. viſo nu. 10. lib. 2. Marant.
in ſpecul. 6. p. actu in prin. verbo & quandoque appellatur
n. 323. fol. 308. Joſ. Cuma. ſuper ritibus Siciliæ cap. 38.
n. 178. fol. 204. Achill. Perſonal. tract. de adipiſc. poſſ. ſub
n. 493. & n. 485. 487. & 499. Ruginell. tr. de appell. §. 2.
c. 2. n. 653. verſ. hæc remedia fol. 119. Cæſar. Contar. in
l. unic. limit. 2. §. 1. n. 1. 2. 9. 14. & 18.
Item nec in interdicto quorum legatorum non dari 39
appellationem, ſcribunt Contard. d. l. unica in ſecunda
ratione decidendi, n. 32. & in ampliatione num. 34. & 35.
& in ſecunda limitatione § 1. n. 16. & 17. in fi. Ruginell.
tract. de appell. §. 2. c. 3. numer. 454. in 4. caſu fol. 100.
item & in remedio l. 3. C. de pignori. in quo non dari 40
appellationem tenet Scaccia de appell. quæſt. 17. lim. 6.
memb. 4. n. 5.
Qui num. 132. affirmat, idem eſſe dicendum in re- 41
medio, & caſu l. fi. in rem, ff. de rei vind. nempe quando
reus

reus negat, ſe poſſidere, ut evitet actionem realem con-
tra ſe, & poſtea convincitur de mendacio, probante
actore quòd poſſidet, quo caſu actor mittitur in poſſeſ-
ſionem, ante eum dixerant, & latè explicuere Ruginel.
tract. de appell. §. 2. cap. 3. n. 687. verſ. vigeſimus primus.
Cuch. in repet. l. fin. C. ſi de momen. n. 31. inter tract. diver.
de mentiente circa poſſeſſionem tom. 3. p. 2. fol. 293. & præ-
42 cipuè ſub n. 419. verſ. quid verò, & n. 420. fol. 300. & quod
in ſingulis ſpeciebus poſſeſſionis adipiſcendæ ſit pro-
hibita appellatio, ultra citatos ſcribit Joan. Baptiſt. Pont.
tract. de ſpol. lib. 4. c. 3. ſub n. 40. tom. 14. fol. 305.
43 Pariter & in alio adipiſcendi remedio ex Salviano
interdicto appellatio non admittitur, nam hoc inter-
dictum valde eſt utiliſſimum; cujus prærogativas, & ex-
cellentias ad cœlum exclamant Doctores citandi; eſt-
que remedium merè poſſeſſorium. Angel. Aret. in §. item
Serviana n. 6. Inſt. de actio. Marant. de ord. jud. 4. p. d. 7.
44 num. 11. Roland. à Valle conſ. 14. n. 11. & quod eſt pin-
guius & utilius magiſque frequentius actione hypothe-
caria, probant latè Neguzan. de pign. 8. p. 3. memb. n. 26.
45 quod quidem competit fundi domino contra colo-
num, ut adipiſci poſſit poſſeſſionem earum rerum, quæ
in fundo locato illata, invectaque fuerint, ideoque
penſione fundi locati præſtanda, quod eſt directum in-
terdictum, utile verò ad ejus ſimilitudinem, datur etiam
domino contra conductorem prædiorum urbanorum,
ut poſt Neguzantium & Bart. probant Menoch. de ad-
dipiſ. rem. 3. n. 14.
46 Et ad hujus ſimilitudinem competit etiam hoc in-
terdictum Salvianum cuicumque alio creditori haben-
ti bona ſui debitoris obligata, ex quavis alia cauſa,
etiam pecuniaria, ſive expreſsè, ſive tacitè, ut probant
B. in l. 1. n. 2. ff. de Salviano interd. in illis verbis: & etiam
cuilibet creditori, (idem B. in l. 1. q. 1. C. de precario, &
Salviano inter. ibi, creditori,) & paulò poſt Angel. Aret.
in §. idem Serviana num. 6. inſtitut. de interd. ubi in his
ſcribit (adverte) tamen, quòd cautus advocatus num-
quam intentat hypothecariam, ſed utile Salvianum in-
terdictum, quod competit cuilibet creditori, directum
autem pro rebus coloni invectis, & illatis, utile pro
rebus inquilini locatoris) hæc ille. Angelus alios ci-
tat, ita pro opinione Bart. reſpondit Alexand. conſil.
185. nu. 4. lib. 6. idem tenet Neguzan. de pignor. part. 8.
memb. 1. num. 6. & in memb. 3. num. 9. ſentit Ripa in ru-
brica, ff. de pignor. num. 19. ibi, vel aliorum debitorum,
ſentit Baro. in §. adipiſcendæ, inſtit. de interdictis.
47 Et licet ex Sarmiento de redditibus Eccleſiaſt. 3. part.
cap. 2. n. 19. & ſeqq. & per Salicet. & Bald. contrarium
ſentiat Menoch. de adipiſcen. rem. 3. à nu. 17. tamen ſu-
periorem Bart. opinionem, & ſequacium veriorem ar-
bitror, pro qua facit optimum, & elegans conſilium
Rolandi à Valle 13. volum. 1. per tot. ubi conſultus de-
fendi, hoc interdictum Salvianum utile competere cui-
dam mulieri pro dote promiſſa contra tertios poſſeſſo-
res rerum tacitè hypothecatarum: eam tenet etiam Vi-
vius commun. opin. in 4. opinione l. 2. tractatuum, ubi alios
in id plures citat tom. 1. Petrus Surd. conſ. 513. n. 18. &
ſeqq. tom. 4. ubi refert Rolandum. Rota per Farinacium
deciſ. 183. per totam, 1. part.
48 Quare cùm hoc interdictum Salvianum merè poſ-
ſeſſorium ſit, in quo quidem de ſola poſſeſſione con-
tenditur, & eſt remedium ſummarium, actio autem hy-
pothecaria dicitur remedium petitorium, quia in ea
de juribus pignoris, & hypothecæ contenditur, & de-
bet probari de dominio, vel quaſi debitoris, at iſto
utens Salviano, non tenetur neceſſe probare, & doce-
re; quòd res obligata fuit in bonis debitoris tempo-
49 re factæ obligationis vel poſtea, ſed ſufficit probare,
quod debitor illam poſſideret, ſecus in eo qui intentat
hypothecariam, quia tenetur probare, quòd illa res
fuerit in bonis debitoris, nec in Salviano interdicto
tanquam poſſeſſorio & ſummario, poſſe opponi exce-
ptiones reſpicientes defectum pignoris, maximè ubi re- 50
quirerent altiorem indaginem, in hypothecaria ſic, de
quibus & aliis plurimis differentiis inter actionem hy-
pothecariam & hoc Salvianum interdictum, & de plu- 51
rimis ejus ſpecialitatibus, vide optimè & latè per Nat.
conſ. 532. tom. 2. per totum, egregiè etiam per Roland. à
Valle d. conſ. 14. per tot. vol. 1. Men. de adipiſ. rem. 3. per
totum, ubi quid continere debeat libellus, quomodo
ſententia concipienda, & de aliis vide & tandem ex his 52
conſtat, ita ſe habere hoc interdictum Salvianum ad
actionem hypothecariam, ſicut remedium poſſeſſo-
rium ad petitorium, ut ſuprà.
Igitur meritò à ſententia lata pro creditore inten- 53
tante hoc remedium, tanquam merè poſſeſſorium,
appellationi interpoſitæ non defertur, licèt à lata in
actione hypothecaria admittatur, quoad utrumque;
ita hanc concluſionem probant poſt Iſſ. Bart. & Bald.
Marant. de ordin. jud. 6. part. tit. de appellat. num. 109. B.
in l. 1. in fin. princ. ff. de Salvia. inter. & in l. 1. num. 2. &
ibi Salicet. verſ. quære quinto, C. de precario & Salvia. in-
ter. Alexand. conſ. 73. nu. 11. lib. 5. Cæpol. cautel. 81. quan-
do quis. Angel. Aretin. in §. item Servian. num. 9. & ibi
Gomez, de communi teſtatur, inſtit. de actio. Corneus
conſil. 140. num. 2. l. 1. Lancel. de attent. 2. p. cap. 12. lim. 25.
num. 11. Menoch. dict. rem. 3. num. 186 & poſt alios opti-
mè Nat. d. conſ. 532. num. 5. vol. 2. Roland. à Valle dict.
conſ. 14. à n. 3. vol. 1. Franciſc. Sarmien. in tract. de reddit.
Eccl. 3. part. c. 2. n. 26. ad fin. Neguz. in tract. de pign. p. 8.
memb. 1. num. 3. Sylvian. conſil. 36. n. 2. & per Menoch. ita
etiam Gratian. in diſcept. for. c. 103. à princ. tom. 1. quare
adverte advocare!, ut quoties ſe ſe offerat occaſio, hoc
remedium intentes, quo quidem multo commodiùs
conſulis clientulo.
Et quòd in interdicto uti poſſidetis remedio ſcilicet 54
retinendæ appellatio non ſit licita, probant in ſpecie
Butr. in cap. tuam n. 14. de ordin. cognit. Afflict. dec. 269.
Rebuff. in comment. ad conſtit. Galli. 3. tom. tit. de materiis
poſſ. art. 7. gloſſ. 1. n. 18. Corneus conſil. 10. lib. 4. Capicius
deciſ. 1. num. 23. Menoch. de retinen. poſſ. rem. 3. nu. 843.
qui idem probat in remedio recuperandæ poſſeſſionis, 55
ut non appelletur à mero poſſeſſorio, ibi, de recup. rem. 9.
à n. 316. cum ſeqq. Cæſar Contard. in d. l. uni. in ampliat.
ſub num. 10. C. ſi de momen. poſſ. ſequitur Scaccia de appel.
quæſt. 17 limit. 6. memb. 5. à princ. ubi latè comprobat in
ſingulis retinendæ poſſeſſionis ſpeciebus denegatam 56
eſſe appellationem, prout in ſententia lata in interdi-
cto, ne vis fiat ei num. 1. & in ſententia lata ſuper in-
terdicto utrobi, quæ vide num. 2. & de ſententia ſuper
uti poſſidetis, num. 3. & ſuper interdicto, de ſuperficie
num. 4. & interdicto de itinere, actuque privato num 5.
de quo & de interdicto de aqua quotidiana & æſtiva,
tanquam habentibus mixturam, vide ibi contrarium, &
nos inferiùs, & de interdicto de rivis n. 7. & generaliter
quòd in interdicto retinendæ non cadat attentatum, 57
tenent Hieron. Manfred. de attent. p. 7. à n. 33. plures ci-
tat Mer. de major. 3. p. quæſt. 25. ſub n. 48. in 2. impreſſio-
ne. Gutier. canon. q. 34. n. 88.
Et loquendo in interdicto recuperandæ poſſeſſio- 58
nis, ut non admittitur appellatio ſuſpenſiva, ultra
Doctores ſuperiùs relatos, tenet Conrad. in l. unica, in
ampliat. ſub num. 34. C. ſi de momen. poſſ. & nu. 8. verſ.
continetur cum numero ſeqq. & num. 32. & lim. 2. §. 1. à
num. 3. cum ſeqq. & num. 8. gloſſ. 1. & Salicet. in l. mo-
mentariæ num. 4. verſ. tertia utilitas erit, C. unde vi. De-
cius conſ. 28. ſub n. 4. col. 4. Rugi. tract. de appell. §. 2. c. 3.
n. 673. Scaccia de appel. quæſt. 1. lim. 6. memb. 6. à princ.
ubi per extenſiones recenſet omnes, & ſingulas hujus 59
interdicti ſpecies, ut in eis à lata ſententia appellatio
denegetur, quem vide.
At quòd jure Regio in poſſeſſoriis ordinariis aliud 60
ſit dicendum, nempe ita demum executionem per-
mitti, cùm duæ ſententiæ conformes latæ ſint, à quibus
ulterius